Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus de s. Eucharistae sacramento - Cod. Ettenheim-Münster 234

[S.l.], 1721

L. 1a

urn:nbn:de:bsz:31-127314

Visual Library

concedo si illa proferat ut gerens personam
Xpi neg. maj. Sacerdos a ex concil. florent.
illa verba non profert tanquam in persona propria
sed ut gerens personam Xpi.

Sectio 3ia

De

Ministro Euchid.

Q. 1a

Quisnam possit conficere
hoc sacramentum?

Duplex est minister Euchid, alius conficiens
seu efficiens, cujus potestas versatur circa
materiam consecrandam: alius vero dispensans, qui
solum distribuit materiam pro consecrata. de hoc
agemus q. sequ. de illo sit

Assert. vir ac solus Sacerdos potest hoc sacramentum
Euchid conficere. ita oes cath. contra Luther
et ejus asseclas apud Bellarm. l. 4. de
Euchria docent. Quemlibet Xpianum habere
ex baptismo potestatem conficiendi hoc sacramentum
licet non quivis ad illud conficiendum acce-
dere debeat, nisi in casu necessitatis

142. Sed qui legitime vocatus, ne ordo Ecclesiae
regiminis conturbetur, contra quos

Probatur assertio. et quidem quod solus sacerdos possit
consecrare est de fide, constatque 1o tum ex scrip-
tura traditione Ecclesiae tum ex definitione conci-
„liorum contra Nicaeni 1. cap. 14 & can. 18.
Lateranensis sub Innocent. 3. ut refertur in
cap. firmiter de summa Trinit. Florent.
sub Eugenio 4. & Trident. sess. 22. cap. 1.
&c. Constat 2. ex SS. PP. id frequentissime
docentibus. nam Dionys. Hyerarch. Ecclesiae
cap. 1o ait: nec ipse sacerdos erit, nisi
pontificatibus officiis ad hoc fuerit promotus.
Ignat. ad Italianos dixit, non sacerdote au-
dente licet facere, circa altaris mysteria
esse infideli deteriorem. Tertul. lib. de
praescript. ridet Marcionistas, quod sacerdo-
talia officia laicis committat, & quod hodie
sibi sint sacerdotes, qui cras futuri sint lai-
ci. quod iam omnibus nostri temporis haereticis co-
„icit est. idem docent alii SS. PP. apud Bellar.
Constat 3. ratione: quia Christus in ultima
cena solos apostolos, eorumque successores

sacerdotes, ac sacramenti & sacrificii hujus mi- 143.
„ stros instituit, eisq[ue] ut illud offerrent pre-
„ cepit dicens: Hoc facite in meam &c.
& patet ex ipsa forma ordinationis: accipe po-
testatem offerendi sacrificium, missasq[ue] celebrandi &c.
Altera pars, quod scilicet omnis omnino sacerdos, qual-
„ iscunque improbus, excommunicatus, apostata, schismati-
„ cus, ac etiam degradatus, possit hoc sacramentum
validè conficere, patet ex eo, quia potestas
ordinis semel validè collata nunquam amplius
amittitur, quamdiu vivitur.
Omnis quidem sacerdos potest conficere hoc sacramentum va-
„ lidè; non tamen omnis licitè: ad licitam enim confec-
tionem quatuor requiruntur 1° ut sacerdos sit con-
stitutus in gratia. 2do ut nulla censura,
irregularitate seu impedimento canonico sit
irretitus; 3tio ut sit jejunus jejunio natu-
rali a media nocte. 4to ut adhibeat omnia
praescripta ab Ecclesia, de quibus diceturin altera
parte hujus tractatus, ubi de sacrificio.